

suae ad disciplinae, *quibus* *vitatae*, exemplum, quantum fieri  
 commode poterat. *Ubi* *omnes* *studentes*, transiit. Hinc fre-  
 quens *occurrit* *Presbyterorum* in sacro codice noui testamēti men-  
 tio. Duo autem fuisse illorum genera, qui affirmat, mihi quidem  
 ipsam veritatem sibi adsentientem habere videtur. Alii enim,  
 cum publice, tum priuatim etiam, docendi munere fungebantur.  
 Alii vero, docendi facultate destituti, externam coetus sui discipli-  
 nam curabant, *quo* *eoque* erant seduli, vt et debitus omnibus in  
 rebus conseruaretur ordo, et rei christianae commoda ac emo-  
 lumenta vltius semper promouerentur. \* Praeter Presbyte-  
 ros *Diaconorum* etiam nomen in sacro codice frequentatur. Quod  
 cum a *ἡ διακονεῖν* descendat, *διακονεῖν* autem ministrare denotet; a  
 nominis notatione ad muneris, illo denotati, rationem cogno-  
 scendam non admodum difficilis esse videtur collectio. Diaco-  
*nas* Act. VI. litteris consignauit. Eorum  
*omnes* rite curare, et admi-  
 nistrare, quas, vt hominum *temporum* calamitati et egestati  
 consulēretur, sponte sua in commune conferebant, quibus me-  
 lior fors, lautiorque opum conditio obtigerat. Sed et crebrior  
*Episcoporum* commemoratio in noui foederis tabulis deprehendi-  
 tur. Notissimus est nominis huius, qui hodie viget, vsus.  
 Episcopum nominamus, qui multis aliis doctoribus sacris prae-  
 est. Neque adeo recens hic huius nominis vsus est, vt, priori-  
 bus post CHRISTVM natum seculis eum plane incognitum  
 fuisse, tibi persuadeas. Nisi enim omnia magnopere me fal-  
*sus*, iam ipso seculo II. haec vocis illius potestas inualuit. \*\*  
 Longe tamen alia illius ratio illis erat temporibus, quibus ipsi  
 Seruatoris nostri apostoli adhuc in viuis erant. Tunc certe et  
 episcopi dicebantur, qui presbyteri alias audire solebant. \*\*\*  
 Quid multa? Paulus ipse episcoporum et presbyterorum nomi-  
 na inter se permutat. \*\*\*\* Nonne vero eo ipso indicat, epi-  
 scopi

\* Conf summ. ven. et generos. Io. LAVR. de MOSHEIM Instit. hist. eccl. christ. maj. Sec. I. p. 172 squ.

\*\* Vid. MOSHEMIVM l. c. p. 178.

\*\*\* Conf I. A. QVENVETII Antiqu. bibl. Cap. II. nr. III. p. 84.

\*\*\*\* Conf. Act. XX. 17. cum v. 28. item Tit. I. 5. cum v. 7.